

quicquam, quod dicebant, egi, sed ut fortunæ cederem. Dicent tibi, si me hic non invenies, singula parentes. Si recorder,

labitur ex oculis nunc quoque gutta^{v)} meis.²⁾

Vale. — Incidit sponsa Moteli in morbum Gallicum, opis tuæ ardentissima. Quæ^{a)} tibi attinebit, urgentibus pluribus marito cuidam nupsit, si non te quam mater forsā^{s)} magis amaret. Cantilena tua, quam omnibus ostendit, sibi nimium cordi est. Potieris^{v)} ea procul dubio, vel formosior rem habebis. Vale et domino Georgio Dansteter gratias^{u)} agas, agendas in serula. Quod in adversis propter te validæ amicitiae^{v)} vires ostendit, nunquam obliviscar^{w)},

in freta dum fluvii current etc.³⁾

Vale, et per absentiam^{x)} tuam matrem diutius^{y)} sollicitam^{z)} esse non patere; crescit nox anxia patri. De infirmitate, qua Cracovię oppressum te audiveram, mentionem^{d)} facere ausus non fui. Vale iterum, et hortare Ioannem de Hinwil, ut, quod mandarim, libenter expediat. Pridie nonas Marcii, e S. Gallo, anno N. C. MDXVIII.

M. Vadianus.

Hortatur te ancilla, ut femurale citius^{aa)} vendas, ne Athenas noctuam feras; pro voto enim lanugo mire accrevit.

Doctissimo et clarissimo viro, domino Ioachimo Vadiano,
fratri charissimo ad manus ipsius: *ἰψίου: πτωρι(α)ς*

a) Statt „æ“ überall „e“. — b) „inappertas“. — c) „inicio“. — d) „mensionem“. — e) „libencius“. — f) „acclamacio“. — g) „eciam“. — h) „muto“. — i) „racionem“. — k) „nequicia“. — l) „impericiam“. — m) „consciencia“. — n) „maliciam“. — o) „inteligam“. — p) „imnuere“. — q) „excellencius“. — r) „guta“. — s) „forsam“. — t) „pocieris“. — u) „gracias“. — v) „amicitiæ“. — w) „oblivicar“. — x) „absenciam“. — y) „diucius“. — z) „solicitam“. — aa) „cicius“.

1) Bruder *Joachims*, gestorben in Rom 1521. Von ihm sind 10 Briefe in unserer Sammlung vorhanden aus den Jahren 1518—1520. Danach ist Anmerkung I zu Brief Nr. 119 zu berichtigen. — 2) Ovid. Trist. I 3, 4. — 3) Verg. Aneis I 607.

1519 Mz. 6 Andr. Eck

III, 180 Nr. 45

I 142.

I 44.

Ulrich Zwingli¹⁾ an Christoph Dick²⁾.

Zürich. 1519. März 23.

Empfehlung des Überbringers Georg Bernhards mit Berufung auf dessen Gönner Diebold von Geroldsegg, den Verwalter von Einsiedeln.

Christoforo Crasso Hulderichus Zinlius S. Posset hæc sceda, doctissime Christofore, te in extasim abiicere, quod horrida, quod indocta, nisi Zinlium præferret nomen, quod tibi monachus quidam, Vadiani iam olim discipulus, meus vero germanus, ingressit, is qui

apud Scotos sepultus est³⁾, cuius ossa ne lapis urgeat precamur. Nomen habes, mentionem vel umbratilem mei, qui te per bonas disciplinas hortor, quarum tu patronus, nedum alumnus es, adulescentem hunc præsentium latorem, Georgium Bernardi, nostra admonitione commendatum habeas, primoribus quidem annis vel fortuna vel conditione neglectum, quo aliqua inducatur ad rem grammaticam; eam volumus, quam tu nos velle intellegis. Fovet eum dominus Geroldseggius, patronus meus, Eremitæ Helveticæ administrator, qui sibi factum imputabit, quicquid in hunc beneficii collocaveris. Advertes nihil minus ad mores eius; inexercitus est, *φιλαυτος, ἄγριος*, verumtamen probus. Vale, et ubi omnia optimi consulueris meque ob hanc, dum bene sumus poti, scriptam epistolam ne abiicias de ponte, in quem te *πάλαι*^{a)}. Vadiano commendante statuimus. Ex Tyguro, XXIII die Martii, anni MCCCCXVIII.

Christoforo Crasso, amico singulari. — Gen Wienn
M. Christoff Carasso sinem günstigen.

a) *παλαί*.

1) Vrgl. I, Brief 100. — 2) Vrgl. I, Register unter Crassus. — 3) Jakob Zwingli, Bruder des Reformators, gestorben in Wien 1517.

I 45.

I 143.

Rudolf Agricola¹⁾ an Vadian.

Krakau. 1519. April 1.

Sendung von Büchern an Collimitius. Bitte um Empfehlung beim Abt von St. Gallen. Sein Wunsch Krakau zu verlassen.

Salus. Collimitio nostro literas meas et exemplaria Europę Asiaticę et Sarmaticę, quod nuperrimis tuis ad me literis, charissime mi Vadiane, fieri volebas, absque mora misi, binasque interim ad eum perscripsi, et ultimas ob illum acutissimum colicę passionis dolorem vel segniter, in quem cadere me dii voluerunt^{a)}, et iidem, ut pauca ad te scriberem, ab eo me relevarunt. Peto abs te Collimitio nostro me, non, ut soles, frigide commendari; peto iterum, id tibi curę sit, ne coram abbate Agricolę obliviscaris, qui penes Sanctum Gallum beneficium sibi dari cupit, ut Vadianus liberis cum ipsius concomitantibus hortum Agricolę sæpius ob recreationem intervisere possit. Cracovię daretur sedes: Agricola Cracovię manere non potest, nec si possit, velit.